



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

12. Magorum exemplo, per astra & Creaturas, ad Deu[m] esse
ascendendu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

lius: ipsa verò claritate exuperabat omnes. Immo, ex mente Prudentij, erat stella, que solis rotam vicat decore ac lumine. Idonea igitur fuit, quæ Magos raperet in admirationem, & incitaret, vt indagarent. quem portenderet,

Prudent. in Hymn. Epiph.

Hic mihi Magorum insignem, prudentiam & plenum dignitatis & antiquitatis exemplum perpendite. Quid enim, conspecto hoc nouo tam splendido meteorò, fecerunt? An id. velut stulti nauar, ignem fatuum, tanquam Castorem & Pollucem, fratres Helena lucida sidera, & Numina maris ac tempestatum adora- uerunt? An Phæbum sibi inde aliquem, aut Dianam; aut nepo- tem Atlantis finxerunt? Nequaquam. Sed, sicut olim Dauid, in- cundissimo siderum intuitu, in amandum siderum conditorem exarsit dicens: *Laudate Dominum, sol & luna; laudate eum omnes stelle & lumen*; ita & sapientes isti viri, non in creatura submersi sunt, sed ad Creatorem, per creaturæ pulehritudinem, euocari se se iudicauerunt. *Vidimus enim, inquit, stellam eius, in oriente, & uenimus adorare eum.* Pari modo & nos agnoscamus, dilectissimi, in Magis adoratoribus, Christi uocationis nostræ fidei primicias, & ex- ultantibus animis beata spei initia celebremus, ait S. Leo. Felix qui per hanc, & omnes stellas, se finit ad Christum duci: miser qui se finit, abduci ad Fatum, aut, vt illi sidus sit Deus. Siquidem *vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: & de his, que videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neq; operibus attendentes, agnouerunt, quis esset artifex: sed aut ignem aut spiritum, aut citatum, aërem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam (seu Oceanum tan- quam Neptunum) aut Solem & Lunam, rectores orbis terrarum pu- tauerunt. Quorum si specie delectati, Deos putauerunt: sciant, quanto his dominator eorum speciosior est. Speciei enim generator hac omnia con- stituit. Aut si virtutem & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam, qui hac fecit, fortior est illis: à magnitudine enim speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit Creator horum videri.*

XII.

Psal. 148. 3.

Matth. 2. 2.

Leo serm. 2. de Natiu.

Sap. 13. 2.

Restat alterum Fati genus, tantò periculosius, quantò sub- tilius. Qui enim Deum sciunt omnia præuidere, eiusque præscien- tiam falli non posse, *indeclinabilem quandam rerum seriem & cate- nam, per aternæ consequentiæ ordines, semet implicantem* constituunt, quam Fatum vocant: quo & rerum contingentiam, & voluntatis delectum libertatè que, & modum agendi causarum particula- rium è medio tollunt. Ex quo errore etiam alia absurda conse-

XIII.